



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Cur non licuit mittere in Corbona[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Avaritia.

mā suam. Ideo enim ἀνεχόμενος recepit, ut secretum sceleris pereret, & nedum infamis leti ab alta trabe neceretur. Vide de genere mortis Bedam de locis sanctis. c. 4. Oecum. in act. c. 5. Euthym. in Matth. c. 26. Cedrenum in compendio ex Papiā. Baron. anno 34. Constat igitur desperationem causam illi mortis fuisse, & suspensum crepuisse medium, & omnia eius intestina effusa, act. 5. Hinc Chrys. in hunc locum, quantum sit malum avaritia demonstrat. Audite avari, inquit, pecuniam amisit, scelus admisit. Nec modo pecuniae redhibetio, sed ipsum etiam suspendium Iudeis ora obstruxit, qui socij erant, imo auctores & principes malorum. Egregie Chrysost. hoc loco. Σκόπει δὲ, πότε μετamelῶται, ὅτε ἀπὸ τῆς ἐλπίδος καὶ τῆς ἐλαβὲν ἡ ἀμαρτία. τοῖς τῷ Θεῷ ὁ δὲ ἀδύνατος, & ἀφῆκε τὸς μὴ νήφοντας ἰδεῖν πρὸ τῆς πόλεως, ἵνα μὴ μετνοήσωσιν οἱ ἄλλοι. Tu vero cogita, quando illum penituit, quando ad exitum scelus iam omnino pervenit. Talis nempe diabolus est, ut non dimittat hominem (nisi rigilet) ante ultimum effectum magnitudinem peccati prauidere, ne penitentia ductus, a peccato resiliat.

§. 3. Augustinus l. 1. c. 17. de ciuit. Dei, contra gentiles monet, nunquam licere vim sibi adferre. Nam vique si non licet priuata potestate alicui hominem occidere vel nocentem, cuius occidendi licentiam lex nulla concedit, profecto etiam qui seipsum occidit, homicida est. Et tanto sit nocentior, cum se occiderit, quanto innocentior in ea causa fuit, qua se occidendum putauit. Nam si Iuda factum merito detestamur, eumque veritas indicat, cum se laqueo suspendit, scelerate illius tradit omnia auxisse potius, quam expiasset commissum (quoniam Dei misericordiam desperando exitiabiliter penitens, nullum sibi salubris penitentiae locum reliquit:) quanto magis a sua nece se abstinere debet, qui tali supplicio, quid in se puniat, non habet: Iudas enim cum se occidit, sceleratum hominem occidit, & tamen non solum Christi, verum etiam sua mortis reus finiuit hanc vitam, quia licet propter suum scelus, alio scelere suo occisus est.

VERSUS 6.

Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbanam, quia pretium sanguinis est.

QUESTIO I.

Cur non licuit mittere in Corbanam?

Corbon.

§. 1. Corbona Syriacè, locus erat, in quem dona conferebantur, quae Deo sacrabantur. Syrus appellat בית קורבנה Beth Kurebana, domum oblationis; dicitur sic קרב quod est appropinquare, & in actiuis coniugationibus, facere ut appropinquet, adiuuere. Estque verbum proprium facis oblationibus. Itaque septuaginta cum de victimis agitur verunt πρὸς Θεόν, & ἀναφέρειν, etiam crebro προσφέρειν, adducere. ἀναφέρειν offerre Leuit. 3. 14. Deut. 1. 17. προσφέρειν adferre. Exod. 29. 3. Leuit. 1. 3. & in eodem Leuitico facile quinquages, ut alia loca omittam. At קרב est omne munus quod Deo offertur: quod scilicet ad Deum adduceretur. Hanc igitur pecuniam negant esse posse donum Deo gratum. Nam precium sanguinis est. Syrus retinet vocem Graecam, ἱερουργία, & glossa marginalis annotat מן לשון יין Men lo- schon Iauan, Ex lingua Iauan vel Ionica. Precium sanguinis, seu proditiōis offerri Domino non licuit. Arca erat in Gazophylacio in quam injiciebatur muneraria Deo dicata. Vide Marci 12. 41. Magna in ea vis pecuniarum custodiebatur, quam expendere ad aqueductum Pilatus voluit, unde & exorta est seditio. Ioseph. l. 2. c. 8. de bello Iudaico.

§. 2. Intolerabili penitus hypocriti seipsum elidunt. Cum ararium sacrum infanda mercede violare, ac profanare formidant, ipsi vero innocentem sanguinem effundere non exhorrescunt. Quasi metalli contagio suo locum contaminet, pactione sanguinis pollutum, mentes eorum plenae sanguine innocentis, sint purae. Eo vero indignior est simulatio, quod ex eadem sacra pecunia videtur sumpta, ita enim plerique existimant. Imitati sunt Iudaei Chios, qui cum pacta pecunia Paçyam Harpago dedidissent, & agrum Atamensem in solutionem accepissent, statuerunt nihil inde Dijs offerendum. Quod eos sceleratas victimas abominari crederent.

§. 3. Ecclesiarum opes, & quae in templis reperiuntur ad Eleemosynas arcae occasione, Corbanem comprehendit Bull. ngerus. [Ea in re Iudaici sacerdotes magis Papisticis meliores & doctiores fuerunt. Nam hido- nis sanguine adhuc madentibus, templi aras, & idola sua ornant ineptissimi avarissimique. Docuerunt ex his aliqui rapinam, & quavis iniuria partam pecuniam tunc legitime possideri, cum ipsi quoque in participatum admittuntur, cum diuis, siue idolis, sacro ordini, deuotis, inquam, fratribus non exigua cedit portio. Corban exposuit S. Marcus in 7. cap. & dixit significare oblationem siue donum. Corbona igitur erat gazophylacium aut ararium templi, in quod mittebantur & conseruabantur templi donaria. Vnde Hieron. dixit, non mittunt pecuniam in Corbonam, hoc est, in gazophylacium & dona Dei. Nostri certe sacerdotes hinc nimirum mutuauerunt, & in templis constituerunt suum illum Bedensosen Korbi den memandis erfullen mag. Fuerunt quidem priscis Ecclesijs sua quoque gazophylacia, sed vnde alebantur pauperes, & subueniebatur calamitosi torique necessitati Ecclesiasticae, studijs ac studiosis, ministrisque rerum sacrarum.

Respondeo. Quod ad idola attinet, nulla nobis sunt, nulla ornatus. Donis sanguine madentibus ornare aliquando templa, ducimus a pietate non alienum. Gladius Goliathicus erat inuolutus pallio post Ephod. 1. Reg. 21. 9. Gladius infectus hostili sanguine: nec illa Deo gratiarum actio displicuit, qua tota victoria illi accepta referebatur. Nec causa vlla est, cur non de spolijs hostium in templa inferre liceat: imo ex illis ipsis Ecclesias licet exstruere, de bello iusto, spolijsque belli legitimo iure acceptis. Nam Deus ea dona, tanquam potentiae, iustitiae, clementiae suae monumenta non rejicit. Quocirca voluntatis suae luculenta signa edidit Iosue 6. 18. Vos autem caute ne de his quae praecipit sunt, quippiam contingatis, &c. Quicquid autem auri, & argenti fuerit, & vasorum aeneorum ac ferri, Domino consecratur repositum in thesauris eius. De his thesauris 3. Reg. 7. 51. 4. Reg. 12. 18. 1. Par. 9. 26. & 26. 20. & 23. & 24. 2. Par. 5. 1. & 16. 2. Nec desijt post captiuitatem. 1. Esd. 8. 29. Thesaurum igitur vetus Ecclesia habuit, imo & noua positis ad pedes Apostolorum facultatibus Nec hostiū facultatibus ad Dei gloriam vi, quicquam habet reprehensionis.

Quod vero addit: Docuisse aliquos pecuniam iniuria partam, tunc legitime possideri cum ipsi quoque in participatum eius admittuntur: recte omnino fecisset, si illos aliquos nominasset, nos enim vllos omnino negamus esse, aut si aliqui fuerunt; hoc ipso non minus stros esse negamus, & tanquam furtorum, rapinae, & rumque Doctores damnamus. Quae enim per iniuriam ablata sunt, Dominis suis, non templis, non diuis, ne Deo quidem restituenda sunt. Nā quod Guido Car- melita ait, quosdam Graecos in eo fuisse errare, ut dicere- cerent, non opus esse restitutione, sed posse fieri ex com- furtis Eleemosynas, ad orthodoxos non pertinet. D. Thoma. 2. 2. q. 62. articul. 5. docet restituendum Domino

Domino, atque ita in eum locum omnes eunt interpretes Bannes, Sorus, Lessius. Quod si facultas restituendi nulla est, propositum sufficit, sed cum facultas redit, ipso facto omnia sunt restituenda. Augustinus Epist. 54. ad Macedon. Si res aliena propter quam peccatum est, reddi potest, & non redditur, penitentia non agitur; sed simulatur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.

Quod si hæreticos consulamus, necessario dicendum est, remitti peccatum quamvis non restituatur ablatum. Nam eorum peccatum ante penitentiam remittitur, hoc est, non imputatur. Ante restitutionem igitur remittitur, sola fide. Restitutio enim bonum opus est, at bonum opus sequitur, inquit, non præcedit iustificationem. Denique si homicidium & adulterium Davidis, non fecit eum iniustum, nec Spiritu sancto eum priuavit, cur Calvinianos furtum aut rapina de sua fiducia, iustitiaque, indelebili deieceret?

Nec restitutio tamen Iudam absoluit, ut docet S. Ambrosius in c. ultimum Daniel. Serm. 2. Magnum igitur dominice innocentie testimonium est, dum accusator eius & confessor de scelere, & reus est de mercede. Dum enim miser refugit venditionis pretium, putat se facinorosi sui solvere posse contrarium. Sed nec ipse absoluitur. Dum enim auctor venditionis sua reus, constat istos sceleratum cum sacrilego iniisse contrarium. Sua ergo sententia Iudas proditor condemnatur. Mirum forte sit vobis quod non eum populus Iudæ cauerit, non premissi addiderit. Hoc sacrilegi solet esse iudicium, ut impietatem suam ipse dum recordatur, & puniat, celus suum dum recognoscit, & vindicet. Omnium enim supergreditur sententia, quæ si sua conscientia sua sententia condemnatur.

VERSUS 7. & 8.

Consilio autem inito, emerunt ex illis agri figuli in sepulturâ peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille Haceldama, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem.

QVÆSTIO I.

Cur agrum emerunt?

S. Vplicem ex redditâ pecuniâ commendatione postulabant: Pietatis integritatē, & in contumaciam illam, quod in corbonam fanguinarium illi argenti pī & mites Sacerdotes non mitterent. Deinde summæ liberalitatis, quod in sepulturam peregrinorum tantam summam expenderent. Ideo enim agrum figuli emerant. In Syro vocatur *ἡ ἀγρία* agria, nisi forte sit legendū Mem pro Samech. In margine Syri textus additum *פרוש שדה* interpretatur *ἡ ἀγρία*, ad est, agrum. Ager autem celeberrimus, & notus esse videtur. Pro peregrinis vel Iudæis vel Gentibus fuisse emptum apparet, præcipue tamen gentibus. Iudeorum enim peregrinis iam olim de sepulturâ propositum esse probabile est. Gentium magna multitudo Ierosolymam confluebat, & in eo loco præsidium erat Romanorum. Illis igitur sepulturam emendebant, verum Deus alio euentu consilia humanæ prudentiæ destruxit, & dissipauit.

Nam agrum illum celeberrimum Deus esse voluit, adeoque mutato nomine vocari *Haceldama* agrum sanguinis. Verissime Chrysostomus *ὁ δὲ πάλιν αὐτὸς καὶ ἀλλοτρίων ἀνθρώπων ἐστὶν οὐκ ἐστὶν αὐτοῦ*, & περὶ τοῦ φόνου ἡγορεῖται, ἐκ ἐβαλον εἰς τὴν κορυφὴν αὐτῆς, ἡγορεῖται τὸν ἀγρὸν ὃν κεραιμένον εἰς τὴν φῶν ἡγορεῖται, ἐγένετο δὲ καὶ τὸ μαρτυρεῖται καὶ αὐτῶν, καὶ

Adam. Conzen in Euang. Tom. 1.

τῆς περὶ τοῦ φόνου ἐλεγχῶ. τὸ δὲ ὄνομα ἔχωρις, πάλιν λαμπρότερον ἐκέρυψε πᾶσι τὴν μετὰ τὸν φόνον αὐτῶν, καὶ ὅτι ἀπὸ αὐτοῦ πᾶσι, ἀλλὰ συμμέλειον λαβόντες, καὶ πάντες αὐτῶν, ἵνα μηδὲς αὐτῶν ἢ τὸ λυμήναι, ἀλλὰ πάντες παύσονται. Vides rursus propria eos conscientia condemnari, quoniam enim non ignorabant iniqui se hominis cadem coemisse, noluerunt in corbonam pecuniam deponere, sed agrum in peregrinorum sepulturam emerunt: quæ res proditoris adversus illos testimonium est. Nomen enim loco illi inditum omni clarius tuba sceleratum eorum prædicat eadem: nec simpliciter, sed consilio congregato id factum. Et in omnibus sic procedunt, ne aliquis ab hoc crimine innocens sit, sed omnes simul hac magnitudine peccati premantur.

S. 2. Nec eâ tamen inuentiunculâ causam suam meliusculam fecere sacerdotes. Utroque enim propria sententia ferit. Ambrosius enarr. in Plal. 61. in illa verba: *precium meum voluerunt repellere.* Præ ipse synagoga suo se condemnant iudicio. Proficiunt enim in pretium esse sanguinis quod dederunt, dum arguunt refundentem. Nam si recipiendum non fuit, nec soluendum fuit. Atque vnam aut non dedissent, aut quia dederant, nec recepissent. Repudiaverunt enim, quod in corbonam mittere noluerunt, & emerunt inde agrum in sepulturam peregrinorum. Merito ergo gentiles, quibus agri eius qui morte emptus est Christi, sepultura proficit, iam non sunt a Iuena atque peregrini, sed cives sanctorum facti sunt, & domestici Dei, quia conspeliuntur Dei filio: Iudæi autem, qui passionis eius pretium repudiaverunt, peregrinantur à Christo. Tolerabilior illis vel in hoc proditor, quo confitetur errorem: illi autem crimen suum excusando acerbant. Verecundior est enim confessio post delictum. Impudenter igitur refellebant commune sacrilegium confitentem, dicentes: quid ad nos? tu videris.

Diuino igitur ista consilio euenerunt, ut ager monumentum esset, & iniquæ cædis, & redemptionis, ut in eius aspectu & nomine suorum verborum recordarentur, cum dixerunt. *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Mansit enim nomen agri ad Hieronymi usque tempora. Haceldama in Græco textu non habetur. Syrus vocat *ἡ ἀγρία* ager sanguinis quod *ἡ ἀγρία*, villam, agrum sanguinis significat. Verum Petrus Actor. 1. Haceldama dictum ait, quod proprie agrum sanguinis significat.

S. 3. S. Chrysostomus Iudaicam illam Eleemosynam condemnat ex Malach. Prophetâ, *Altare meum la rymis operiebatis.* Non enim rapina nutrirī vult Christus. Ambrosius l. 10. in Lucam. Gentium conuersionem hic prædictam interpretatur. Amentes (Sacerdotes) plane, qui putent solius seminis auctoris scelere quam teneri. In pecuniariis causis refuso pretio ius soluitur: hi pretium recipiunt, & sacrilegium prosequuntur, ac pertinacibus studiis funestum sibi vindicant sanguinis auctorem, cum refunderet venditor sacrilegi mercedem. Evidenter itaque, dum pretium sanguinis à Iudeorum gazophylaciis separatur, & ager figuli ea qua venditur Christus comparatur pecunia, dum is locus humani peregrinorum reliquiis dicatur, & Prophetia impletur otaculum, & surgens Ecclesiæ mysterium reuelatur.

Gravis fuit exprobratio sceleris, nam & publice Iudas de innocentia protestatus est, & pecuniam profecit in templum, hoc in atrium, ubi multæ myriades populi erant tempore Paschatis; non enim in templi interiora adyta venire potuit. Proditoris autem tantum erat testimonium, cum turpitudinem facinoris, quæ sola proditi scelere regi poterat, eiusdem innocentia appareret.

S. 4. Bullingerus Chrysostomum dicentem non sine querela, Episcopos esse velut æconomos pauperum, atque id contra nostros Episcopos intorquet, quos ait esse milites magistros. Ut res intelligatur, audiendus est ipse Chrysostomus. *Veniat in mentem vobis*